

DEUS NASCITUR

Deus nascitur, vis torpescit,
Rex caelestis nudus iacet,
viget ignis, lux obscuratur,
Infinitus finem habet,
despicatus, gloriosus
aeternorum rex mortalis –
– ecce Verbum incarnatum
hic nobiscum habitavit.

Confitere, orbum caelum
nihil esse carius terra;
huc descendit felix Deus,
ubi homo flet et errat,
multa passus est pro nobis,
maiestate se orbavit –
– ecce Verbum incarnatum
hic nobiscum habitavit.

Polonicum canticum nocte natalis
Iesu Christi cantandum *Bóg się rodzi*
Latine reddidit Anna Maciejewska.

